

Xm. 87.

2

ERNESTVS PLATNERVS

VNIVERSITATIS LITTERARVM

LIPSIENSIS

H. T.

PROCANCELLARIUS

PANEGLYRIN MEDICAM

A. D. VII. APRIL. C^ICC^XC^{VII}

IN AVDITORIO MAIORI

CONCELEBRANDAM

INDICIT

QVAESTIONES MEDICINAE FORENSIS.
II. DE AMENTIA OCCULTA ALIA OBSERVATIO
QVAEDAM.

ERNESTVS PLATNERVS

UNIVERSITATIS LITTERARVM

LIPSIENSIA

PROGANGELLARIAS

PANGEARIN MEDICAM

AN ALI APPARE ODISCOCHEMI

IN AUDITORIO MAIORI

CONCEPTEURVNDAM

ET CANTICIS

EXALATIONE MEDICINAE TOTEMIS
II. LA VIRTUTIA OCCULTA ALIA OBSERVATA
OAVDOS.

1500 stimulis cito 15. post in leviter. sed etiamq
16. et in loco eam ambobus modis. ut miscet. inservi
et aperte. quodque cibis primitur. ut subveniat gaudia
Illi. Quod nos illa multiplicat. non unius id est. hunc
opus obsequio. omnia. et si. hanc sollicitudin. ciborum. et omni
etiamque. hinc. nisi. si. alien. impinguem. et ciborum
cibus. cibus. et illi. omnia. et hunc. et ciborum. et ciborum.
ali. ciborum. et hinc. non. non. be. gaudios. et ciborum. et ciborum.
et ciborum. et ciborum. et ciborum. et ciborum. et ciborum.

Amentiae occultae nuper sere ad hunc modum a nobis de-
clarata definitio est, ut diceremus, esse grauem et profundam
animi oppressionem, cuius stimulis ad clandestini facinoris
violentiam voluntas absque furore impelleretur, tanquam ad
molestiae intolerabilis liberationem. Huius vero generis for-
mae omnino sunt duas. Namque illa aegritudo animi et op-
pressio, in qua omnis ratio inest et vis morbi, in aliis parti-
cips est conscientiae, in aliis expers. Ut ille laterum fingendo-
rum opifex perspicuum ideam habebat, tametsi stultam illam et
absurdam, curae ac sollicitudinis, quae menti suae inhaereret.
Namque sui sodalis nescio quas insidias perhorrescebat, quae
sibi per artem magicam et sympathiae vim ex occulto com-
pararentur. Igitur de hoc interficiendo ita cogitauit, ut per
eius morrem suae vitae periculum propulsaret. Atque sic erat
sibi conscius tum formidinis, quae animum teneret, tum causae,
cur necem isti scilicet insidiatori putaret inferendam. Alio-
rum autem eiusmodi est perturbatio, ut, quid sit, quod se per-
petuo sollicet angatque, ipsis non possint inuenire. Hi quan-
quam, similiter atque illi, violentam actionem aliquam appe-
tunt, tanquam suae anxietatis remedium: tamen quid illa et
quo modo sit valitura ad leuamen ac liberationem, nullo pacto

prospiciunt. Quod secus erat in isto, de cuius amentia nuper narravi: etenim ad sodalem occidendum suae incolmitatis et salutis tuendae ac seruandae studio commouebatur; quippe quod firma sibi opinio erat, se saluum esse non posse, nisi hunc de medio sustulisset. Sed in hoc altero genere, de quo nunc dicimus, quanquam nulla est initi consilii congruentia conuenientiaque: tamen in proposito facto illud definit, tanquam in scopo ac fine; ad quem cum peruenit, omnis illa plerumque amouetur oppressio et anxietas. Caeterum etiam hic admodum diligens nonnunquam et ingeniosa est atque diuturna excoigitatio. Quae res ne aut iudices, aut, qui ab his velut subsidiarii arbitri solent postulari, medicos fallat et a vera sententia abducat: hunc locum exemplo quodam illustrabo.

Puella agrestis, quae vix septimum decimum aetatis annum expleuisset, bis ignem inferebat aedibus heri sui: primum carbonibus ignitis lignorum condendorum tugurio subjectis, quos promtos de fornace in vola manus eo deportasset; secundum filo sulphurato in tabulatum demisso, et ad semen feni diligenter admoto. Atque adeo cupida incendi erat, ut cum ignis, paullatim explicatus, iam currere coepisset, suau quadam expectatione afficeretur, et flammam crepitantem arrecriet et quasi audis auribus attenderet. Primo tempore adparatus et laboris, qui ad compescendos ignes adhuc eretur, otiosa spectatrix adstebat: secundo autem periculum denuntiat ipsa; et statim post collo circumdat funiculum; extremum suae anxietatis remedium morte ac suspendio quaerens. Nullam cum hero suo aut occultam similitatem, aut apertam discordiam habebat, quae irae et vindictas suspicionem posset afferre. Multo magis aberat ab ea vitiositate et malitia, quae ad tanti sceleris immanitatem, petulanti ac proteruo nocendi studio,

inci-

incitaretur. Sed nihilo magis lamentiae perspicuum antehac indicium ediderat, cuius etiam deinceps nulla probabilia signa in eius vel sermone, vel actione perhiberentur. At corporis minime dubia erat aegritudo. Nam ex quarto iam aetatis anno spasmis laborauerat, qui tandem ad verae epilepsiae perennitatem confirmarentur. Cuius morbi tentationibus tanto vehementius petebatur, si quando illae incidebant in ea tempora, quibus menstruam sanguinis profusionem natura moliretur. Nam hic duorum conatum sibi contrariorum quasi conflictus misere puellam angebat et excruciat. Quod ipsi accidit paucis ante diebus, quam ignem subiecerit.

Iudicibus causam facinoris ex ea exquirerentibus, interna quadam voce, respondit, et acclamacione, quae parum ab effet a vi et coactu, noctesque diesque se premeret et urgeret, id sibi nimirum quasi imperatum fuisse, ut incendium faceret, sibique vitam eriperet. Non dubito fore aliquos, qui ream hanc arguendam potius ac puniendam, quam defendendam et liberandam existimant. Et sunt profecto inferendi ac probandi criminis multae et graues rationes: sed ut hanc quae stionem quam diligentissime et sine errore dijudicare possimus, omnia potiora virinque argumenta conferamus. Etenim haec defendendi ratio, quae a perturbato mentis statu arcessitur, neque ita diducenda ac referenda est, ut pateat sceleratis, neque ita constringenda, ut aequitas eam infontibus non possit aperire. Attamen ubi anceps libra est, in alteram lanceam quasi imponendum est aliquid clementiae, ut, in causa dubia, ad sententiam leniorem indicium inclinetur. Igitur

cl. I. Morbus comitalis, cui aegra obnoxia erat, amentiae neque apertae, neque occultae necessariam consecutionem affebat. Etenim qui hoc morbo sunt affecti, tantummodo in accessionibus conscientia et mente carent; quibus remittentibus

VI

per se ipsos expurgiscuntur et ad se redeunt. Atque extra hoc tempus nihil inepte aut violenter faciunt; tametsi nonnulli cum hoc morbo stupidi esse, alii etiam versuti atque astuti deprehendantur. Caeterum rea haec, cuius nunc causam disceptamus, paucis ante factum incendium diebus graui παροξύσμωι iam erat defuncta; adeo ut nihil excusationis afferant angores, qui impendente et irruente epilepsia mentem videantur perturbare potuisse.

II. Nemini antehac vñquam visa est despississe; quod comprobatur est ium heri testimonio, apud quem ancillae rusticæ ministeriam faciebat, tum ipsorum parentum confessione; qui, si vel qualcumque animi infirmitatem insaniae praenuntiam de filia potuissent afferre, ei profecto intam difficilior causa non defuerint. Neque deinceps aut in iudicio, aut in carcere aliena loquebatur; apte et oratione continua respondens ad interrogaciones, et nihil omnino stulte agens.

III. Et minimie omnium despuit illis duobus temporibus, quibus incendium vel meditabatur, vel patrabat. Neque voluntatem aut ira, aut alia vehemens perturbatio ad huius facinoris insaniam præcipitauit. Imo vero etiam aliquot diebus, faceretne an non faceret, vel sua confessione, dubitauit. Ergo nihil impotenti animo, nihil non consideratum ac deliberatum videtur egisse.

Sed quanquam haec grauia esse non diffiteor: tamen ad probandam amentiam dissoluendumque crimen hoc satis argumenti est, quod a reae animo et facto omnis aberat obtinendae vltionis et nocendi cupiditas. Qua suspicione amota, quamobrem hero suo, quocum vix vñquam notabile iurgium habuisset, tantam calamitatem afferret, nulla idonea causa potest inueniri. Namque facinus horridum et periculostum audacter aggredi, et, licet refragante ac reluctante volunta-

te,

luntate, peruicaciter peragere et absoluere, sine ullo proposito commodo ac fine: id non malitiosi ac vafri hominis est, sed nimirum amentis: cuius, quicquid factum est, culpa caret, quia actio expers finis, qui agendo petatur, voluntariis non potest adnumerari. At vero cum tamen res aliquid ambiguitatis haberet, Ordo Medicorum, ad quem haec cauſa deferretur, non affirmauit simpliciter, ream insanae mentis fuisse, sed non fuisse, probari posse negauit. Cuius iudicij rationes hic adscribere magis luet, quam illa momenta, quae ad dubitandum ego attuli supra, alio quoconque modo diluere et confutare.

Dennoch aber da die Epilepsie, selbst dann, wenn sie nur symptomatisch und nicht in einem Fehler des Gehirns gegründet ist, auf den Kopf allerdings sehr stark wirken kann; so dass in Epileptikern, ob man auch keines der gewöhnlichen Zeichen der Verrückung an ihnen wahrnimmt, wenn ihr Gemüthszuflust im mindesten zweifelhaft erscheinet, nach den Grundsätzen der gerichtlichen Medicin, eine Zerrüttung der intern Sinne allzeit vorausgesetzt werden muss; nun aber die gerade am 24sten May vor dem Eintritt des monathlichen Blutusses entstandenen Beängstigungen, mit dem am 31. erfolgten heftigen Anfälle der Epilepsie in einem begreiflichen Zusammenhange stehen, und auf die gründliche Vermuthung hinweisen, dass die Inquisitin, während diesem ganzen Zeitraume, in ihrem Gehirn so sehr geschwächt, als beunruhigt und mithin unvermögend gewesen sey, der sich ihr aufdringenden und stets wieder kommenden Idee,

dass

VIII

dass sie Feuer anlegen solle, andere Ideen aus der Quelle der Untheilskraft und Klugheit entgegenzustellen; und also dieses Feuer anlegen, durch eine sonderbare, aber nicht ungewöhnliche, und mehrmälen Uns vorgekommene Verwirrung der Begriffe und Gefühle, wie ein Mittel sich von der sie drückenden Angst zu befreien, welches sie auch bey dem versuchten Selbstmorde beabsichtigt zu haben scheint, angesehen worden seyn mag; sie denn auch bey der Handlung sowohl, als bey dem Erfolg derselben, ruhig gewesen (Art. —) ja so gar mit einer Art von angenehmer Erwartung gehorcht, ob das Feuer auch ausgehe (Art. —); mehr als alles aber in diesem Mädchen weder überhaupt die Gemüthsbeschaffenheit, noch auch die Heftigkeit der Affekten, woraus man sich ein solches Verbrechen erklären könnte, ja nicht einmal in ihren Verhältnissen und in den vorhergegangenen Umständen zu Bosheit und Heftigkeit die allermindeste Veranlassung zu entdecken ist, und also ihrer Versicherung, dass sie durch diese Handlung nicht schaden wollen (Art. — —) sondern nur ihre Angst zu stillen (ad Art. —) sich eingebildet, sehr wohl Glauben beygemessen werden kann: So urtheilen Wir:

es stehe, nach den in den Akten vorkommenden Umständen, nicht mit Wahrscheinlichkeit, vietweniger mit Gewissheit zu behaupten, dass die Inquisitin, ihrer körperlichen Beschaffenheit nach, zu den Zeiten, als sie Feuer angelegt, den freyen Gebrauch ihres Verstandes gehabt habe.

Can-

Candidatus, cuius panegyris per hanc prolationem in-

*dicitur, est *Caro Henricus Stoelzelius*, *doctissimus**

Vir doctissimus

*genuinus, et *medicinae baccalavrus* *carissimus* *doctissimus**

CAROLVS HENRICVS STOELZELIVS

EV BENSTOCHIENSIS

MEDICINAE BACCALAVREVS

Qui ingenii ac diligentiae laudem, qua inter nos flo-
ruisset, exquisitae doctrinae documentis certissimis, ita auxit
et cumulauit, ut iura Doctoris ei Noster Ordo non conces-
denda, sed omnino tribuenda putaret. Natus est anno
ccccxxii. patre Daniele Friderico, mercatore primario
et Praetore; matre Maria Guilielma Regina de Elterlein. Ho-
rum parentum curae et prouidentiae ut multa alia beneficia,
ita hoc maximum se debere ait, quod religionis christiana et
litterarum initii imbuueretur ab optimis magistris, posthac ve-
ro, in Lyceum Schneebergense commissus b. Reusmanni, et
Haasii disciplina vteretur. A xxi. academie nostrae ciuis fa-
cetus est Rectore Beckio, Viro doctissimo. In philosophicis
Heydenreichium et Caesarem, et me quoque audiebat. Botanice
Hedwigio, physicen Hindenburgio, chemiam Eschen-
bachio, anatomen Haasio et Fischero debet. Physiologiae cau-
si tum Hebenstreitio adsedit, quo eodem in materia medica

muinato

B

quo.

quoque et pathological magistro usus est, tum meam scholam
 frequentauit. A. ccccxciv primum tentatus est per col-
 loquia ab Ordine Nostro, et Baccalaurei honore ornatus. Tum
 eodem anno sub initium semestris vernalis Ienam se contulit,
 cijum academicorum numero adscriptus a Schlauberto, Viro
 Celeberr. tum Prorectore. Igitur in pathology, semiotice et
 therapia Grunerum et Hufelandum, in pharmacia Göttlingum,
 in formularum praescribendarum arte Succoum secutus est.
 Chirurgiae praceptor ei contigit Loderus, artis obstetriciae
 idem Loderus et verque Starkius. Plutinum quoque sibi
 profuisse ait tum institutum clinicum Starkianum, tum noso-
 comium obstetricium Loderianum. Nam in vitroque, non
 audiendo solum et spectando, verum etiam consultando et
 agendo ingenium exercuit. A. xcvi. Vindobonam petiit, ut
 Frankium audiret, communem illum Germaniae praceptorum.
 Huius igitur acroasisbus medicis assidue interfuit, adiuncta
 disciplina instituti clinici et nosocomii maioris disciplinae
 quorum alteri Frankius praest, alteri Nordius. Denique artis
 obstetriciae causa Böeri curationibus diligenter adsuit in noso-
 comio ad eam rem instructo. His doctrinae copiis locuple-
 tatus et ornatus, Lipsiam nuper reuersus est, ut petitionem
 summi in Medicina honoris ad nos deferreret. Igitur habitis
 recitationibus publicis de Febre, alterius colloquii causa com-
 paruit apud Ordinem nostrum, mense Februario; vnam
 omnium

omnium suffragatione probatus. Iam ut doctoris Medicinae et Chirurgiae honorem legitime consequatur, die VII. Apr. ab h. IX. libellum, cuius ipse auctor est, De Metritidis diagnosi et cura, publice defender sub praefidio Viri Excellentissimi atque Experientissimi, Christiani Gottholdi Eschenbachii, Philos. et Med. Doct. Chemiae Prof. ordinar. Ord. Med. Assessore, Collega Coniunctissimo. Deinceps ego Cancellarii vice, ab h. XI. veniam summi honoris capessendi ejus tribuam habita breui oratione. Quam ego panegyrin, Rector Academiae Magnifice, Serenissime Hassiae Princeps, utriusque reipublicae Proceres Grauissimi, Ornatisimique et Humanissimi Commilitones, ne meo officio deesse, hac emissâ prolusione publice indixi.

P. P. Dom. Ind. ccccxcvii. MAIORI

CONCELEBRANDAM

IX

anno 1595. In Lipsia. Ex officina Clavatina. M. 1595. LIPSIENSIS. EX OFFICINA CLAVATINA.

H. B. Doni. Jig. octoeccliarum. Ex officina Clavatina. M. 1595.

Ex officina Clavatina. M. 1595. H. B. Doni. Jig. octoeccliarum. Ex officina Clavatina. M. 1595.

26n 598

(1443)

ULB Halle
002 043 564

3




56

6028


hc





B.I.G.

Black



2
E R N E S T V S P L A T N E R V S

V N I V E R S I T A T I S L I T T E R A R V M

L I P S I E N S I S

H. T.

P R O C A N C E L L A R I V S

P A N E G Y R I N M E D I C A M

A. D. VII. A P R I L. CCCLXCVII

I N A V D I T O R I O M A I O R I

C O N C E L E B R A N D A M

I N D I C I T

Q V A E S T I O N E S M E D I C I N A E F O R E N S I S.
I I . D E A M E N T I A O C C V L T A A L I A O B S E R V A T I O
Q V A E D A M.